



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**R. P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi Opusculum  
Asceticum Posthumum**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1643**

2. De Ipso esse, & Qui est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46564](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-46564)

*& Considerationes.*

ipsa potentia, sapientia, bonitas,  
sanctitas, iustitia &c. non acciden-  
taria, sed substantialis, & per se  
subsistens. Et hic modus cōcipien-  
di est præstantior, & Deo dignior,  
ut alibi fusiūs declaratum est, tum  
ratione, tum sanctorum Patrum  
testimonij. Sic enim diuina essen-  
tia, formaliter continet omnem  
perfectionem simplicem, non tan-  
tum fundamentaliter: & ipsæ per-  
fectiones habent se per modum  
substantiæ, non accidentis, vel pro-  
prietatis accessoriæ.

CONSIDERATIO II.

*De ipso esse, & Qui est.*

**D**eus dicitur esse, & qui est,  
& ὁ ἦν ut Septuag. ver-  
tunt Exod. 3. quinque  
modis vel rationibus. 1. Ut  
fons & causa totius esse; cùm om-  
ne esse, & omne ens ab ipso sit, &  
assiduè ab ipso, sicut lumen à sole,  
dependeat.      B iiij    2. Quia

2. Quia non habet esse aliquod limitatum; neque est hoc, vel illud; sicut Angelus vel homo: *sed universe est*, totum esse in se complectens, & ab æterno anticipans; cum tota essendi plenitudo, totaque entis latitudo & amplitudo in ipso plenissimè & eminentissimè contineatur.

3. Quia *sempiternè est*, suo esse, suâque vitâ totam implens, adæquans, in se cōpletecens & ambiens æternitatem.

4. Quia *immense est*, totam implens spatiorū imaginabilium immensitatem.

5. Quia *immutabiliter est*, omnia sua ita simul habens, & firmiter possidens, ut nihil vñquam possit amittere, cum omnia habeat per suam immutabilem essentiam, cui nulla potest fieri accessio, nulla decessio.

CONSI-